



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Domus Æternitatis**

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memoriæ cogitationibus,  
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet  
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini  
Sodalitatibus

continens Impedimenta Et Adjumenta Æternae beatitudinis

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

16. Medium III. Timor æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50716](#)

176 Domus æternitatis. Considera  
vult nobis bona omnia ; tua promissio  
borat, quæ promisit omnia : tui Filiū meū  
confirmant, quæ meruerunt omnia : In  
Domine speravi , non confundar in an  
num. S. Bern. in psal. qui habitat.

## CONSIDERATIO XVI.

Medium III. Æternæ Salutis.

Timor æternitatis.

Timete eum, qui potest & corpus & ani  
perdere in gehennam. Matth. c. 10, 31.

15. Novembris.

I. C onsidera Christianis, non tanto  
esse sperandum ; sed etiam esse  
mendum : spes enim impellit ad bonum,  
timor retrahit à malo. Et à malo liber.  
Nisi subversionem veriti fuissent Nine  
te, utique subversi fuissent : quia vero  
lam metuebant, non subvertebantur. Si  
luium veriti fuissent, qui temporibus  
vixerunt, submersi sane non fuissent.  
Sodomite si incendium metuissent, com  
non fuissent. Inquit S. Chrysost. Hom.  
in Epist. 2. ad Thessal. c. 1. utilis est  
timor Domini est. Unde hortatur Da-

*Servite Dominum in timore. Et Ecclesiasticus c. i. Qui sine timore est, non potest justificari. Est enim timor quasi frenum à peccatis retrahens: nám Timor Domini expellit peccatum. I.c. virtutēsque custodit. Sicut securitas, inquit S. Bernardus, vel desidia mater est omnium delictorum; sic timor Domini [æternū]m damnare valentis] radix est & custos omnium virtutum term. de 7. donis. Ideoque D. Thomas eam nuncupat fundamentum salutis. 2.2. q. 19. a.7. Omni igitur studio cuilibet Christiano, conservandus est hic timor, tanquam basis & medium præclarissimum æternæ salutis.*

II. Desiderásne audire causas timoris? recenzebo nonnullas; quibus perpensis, non dices, ut reor, cur timebo? Causa igitur I. Timoris, est iustitia divina, nullum peccatum relinquens impunitum: alias non esset justus. *Justus es Domine & rectum judicium tuum. Psal. 110.* II. Causa timoris est multitudo peccatorum tuorum; scis te peccasse; utrum dignam egeris pœnitentiam, ignoras. *De propitiatio peccato nolis esse sine metu.*

H 6

Eccli.

178 *Domus aeternitatis. Considerain*  
*Eccli. c.5. 5. III. Causa timoris est lap-*  
*sus & pœna Angelorum reproborum*  
*quia si columnæ cæli ceciderunt, quid fi-*  
*ciet arundo ? IV. Causa timoris, stan-*  
*gratiæ dubius : Nescit homo uirum am-*  
*an odio dignus sit. Eccle. c.9.1. V. Cau-*  
*timoris, incertitudo meritorum : quia*  
*utrum in omni vita tua ullum actum ne-*  
*ritorium ac supernaturalem elicueris,*  
*eo nullam habes certam scientiam.*

*III. Causa timoris VI. est parti-*  
*patio peccatorum alienorum : reddend-*  
*enim erit tibi ratio coram Judice sup-*  
*mo, non solùm de peccatis propriis,*  
*sed etiam de alienis, Subditorum, Filii ver-*  
*rum, Domesticorum, Discipulorum*  
*Pœnitentium, Auditorum. Si quis en- vab*  
*suorum, maximè domesticorum curam*  
*habet, fidem negavit, Est infidelis deter- viv*  
*z. Tim. c.5. 8. VII. Causa timoris est i-*  
*piditas tua : cui minatur Dominus. Q.*  
*repidus es, incipiam te euomere ex ore mea.*  
*Apoc. c.3.16. VIII. Causa timoris, nimis*  
*inconstantia tua in bono ; quoties cla-*  
*dicas in utramque partem ? omni ven-*  
*& tritone variabilior ?*

*Affectus timoris.*

**O** Quis non timeat te, Domine Deus  
terribilis ac metuende? Timeo  
propter justitiam tuam infinitam. Timeo  
ob multitudinem peccatorum: timeo ob  
lapsum Angelorum, timeo ob statum  
gratiæ incertum & dubium meritorum.  
Timeo ob peccata aliena, & ob propriam  
tepiditatem atque inconstantiam. Ac  
propter ista timeo gehennam, toties pro-  
meritam. Timeo vindicem manum tuam,  
cui nemo resistere, quam nullus potest  
effugere: ais enim: *Ego occidam, ego vi-  
vere faciam; percutiam & ego sanabo: &  
non est, qui de manu mea possit eruere: le-  
vabo in cœlum manum meam, & dicam:  
Vivo ego in eternum.* Deut. c. 31.

## 16. Novembris.

**U**ltterius merito timorem in cutiu-  
peccatori sequentia. IX. Causa  
timoris est divina omnipotentia, quæ  
potest corpus & animam perdere in gehen-  
nam. I.c. X. Causa timoris, divina Sa-  
pientia, quam nullum latet secretum;

H 7

cuius

180 *Domus eternitatis. Considera-*  
*cijus oculis nuda & aperta sunt omnia*  
*Ad Hebr.c.4.13. XI. Causa timori-*  
*divina Bonitas & misericordia, tota*  
*te læsa, & ingratudine ac malitiâ tua*  
*fensa. XII. Causa timorem incutie-*  
*re est passio filii Dei. Quia si in viridi*  
*hæc faciunt, in arido quid fiet? Luca c.*  
31. XIII. Causa timoris est judiciorum  
divinorum abyssus: *Judicia tua ab*  
*nulla. Psal.35. XIV. Causa timori-*  
*ce certitudo perseverantiae, in statu gra-*  
*ille enim solus, Qui perseveraverit*  
*que ad finem salvus erit. Matth.c.10.11.*

II. Denique XV. Timorem incul-

mors amara; judicium formidabile;

apertio librorum conscientiarum; revela-

peccatorum coram toto mundo; sepa-

tio ovium ab hædis; fulmen decreta-

sententiarum; execuicio ejusdem inevitabilis;

ac postremò ipsa gehenna, ac tormenta

eius semper impeniterna. *Væ misero mihi!* ex-

mat S. Augustinus L. de spir. & an-

enim in regione umbra mortis, nescio si

meum, nescio si dignus sim amore vel

nescio quando de corpore egrediar. Eg-

rediar, sed nescio quando, & fortassis

Novembris 16.

181

supremus est: propterea tremens & pavens quotidie mortem expecto, quæ ubique mihi minatur, diabolum. Suspectum habeo, qui ubique mihi insidiatur: timeo & pavesco ultimam discussionem & iram districti judicis, ne pro peccatis meis mittat me in gehennam ignis. Et quis sanæ mentis non timeat? Timenda profecto est gehenna propter gehennam, metuendus infernus propter infernum. Quem enim horrore ac timore non percussat poena danni & æterna à summo bono suo separatio: & poena sensus, ignis nimirum extinguibilis, cum fame & siti, reliquisque suppliciis nunquam finiendis? Propter omnia ista, mi Domine; timeo. Confige timore tuo carnes meas, à judicio enim tuis timui. Psal. 118.

III. Et quis peccatorum non timeat æternitatem infeliciem, quando viros vel sanctissimos videt expallescere? Timet Propheta regius, dum annos æternos in mente habet: *Turbatus sum, inquit, & nunquid in aeternum [me à facie sua] proieciet Deus?* Psal. 76. 6. Timet & pavet Job vir simplex, rectus ac timens Deum, qui

182 *Domus aeternitatis.* Considerat  
qui de se fatetur : Semper quasi tumens  
super me fluctus , timui Deum , & pondus  
eius ferre non potui. c. 31. 23. Time  
Prophetæ & timorem populis incutien-  
dum hortantur ad saccum & cineris  
*pœnitentiæ.* Joel. c. 1. Minantur peccati-  
toribus ignem & perditionem. Amo-  
c. 1. Prædicunt confusionem & inter-  
tum sempiternum. Abdias c. 1. Van-  
nantur consumptionem montium ; &  
scissionem vallium , instar ceræ , af-  
ignis. Micheas. c. 5.

*Affectus timoris.*

**O** Domine ! quot titulos , causâq-  
timendi habeo ; & quâm parum  
meo? unum ex omnibus prædictis , me-  
tò maximum mihi incuteret horrore  
quid igitur omnia simul ? Timeo san-  
hennam , & timeo , quia non satîs timeo  
non satîs timeo , quia non satîs timeo  
caveo peccata ; nec ad illa paveo & ca-  
tremisco. Unius sceleris reus , tremor  
conspicuum Principis ; & ego tot sce-  
rum reus , non tremo ante vultum ini-  
nitæ Majestatis ? Timent illustres san-  
cti .



*Novembris 17.*

183

tate; & non timet plenus iniquitate. O quis ad tormenta sempiterna, nisi stupidus & amens sit, non tremat? Quis, si rite perpenderit, non expallescatur? Totus tremo atque horreo, ad memoriam istius regionis [infernal]is. Et concussa sunt omnia ossa mea. S. Bern. ser. de 5. region.

*17. Novembris.*

I. **C**onsidera, anima mea, si ita timent cedri, quid facient myricæ? Timent frumenta electa; quid facient paleæ? Timent viri secundum cor Dei; quid facient viri secundum cor Mundi & Diaboli? Timent viri simplices & recti; quid facient duplices, impostores, vafri & astuti? Fugit ovis tremebunda, veniente lupo: abscondit se columba tremens, accipitre viso: de caverna mus exire non audet esuriens, ambiente catto. S. Bern. Epist. 40. Ettu lupum rapacem, accipitrem stygium, cattum, canemque tartareum non reformidabis? Intuere Sanctorum Patrum exempla, & ab iisdem discessimere ac tremere.

II. Timet S. Augustinus Ecclesiæ Doctorum

184 *Domus eternitatis.* Consideratio  
ctorum aquila : qui dum virorum illi  
strium ruinas animo recolit , tremo  
concutitur. Soliloq. c. 29. ubi ait. Vi  
mus multos, Domine, & audivimus a  
tribus nostris [ quod utique sine mag  
tremore non recolo , sine multo timo  
non confiteor ] ascendisse primitus, ver  
dammodo usque ad cælos, & inter suum  
nidum suum collocasse ; postmodum tum  
tem cecidisse usque ad abyssos, & ann  
eorum in malis obstupuisse. Vidi his n  
stellas de cælo cecidisse , ab impetu fleti  
riendi caudæ Draconis. Et eos qui rati  
bant in pulvere terræ, à facie subleva  
manūs tuæ , Domine , mirabiliter ad Ecc  
disse. Vidimus vivos morientes, & m  
tuos à morte resurgentes : & eos qui vasa  
filios Dei ambulabant, in medio lapidum nor  
ignitorum , quasi lutum ad nihilum  
fluxisse. Hæc cum timore & tremore  
censet Augustinus ; & ullusne fragilis  
sux conscius, non timeat ?

III. Timet quoque insignis Ecclesianus  
Doctor S. Hieronymus: qui licet in forma  
mo degens , lacrymis madens, ieiunans  
squalens, & saxo pectus feriens, sen  
tientur.

tamen auribus suis quasi insonantem audiens tubæ ultimæ clangorem : *Surgite mortui, venite ad judicium.* Timet S.Bernardus serm. 16. in Cant. dicens: *Paveo gehennam, paveo judicis vultum, contremisco à dentibue bestiae infernalis ; horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum & vaporem, & sulphur, & Spiritum procellarum : horreo tenebras exteriores.* *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut præveniam fletibus fletum & stridorem dentium.* Par ratione timet S.Cyrillus, S.Ephrem, S.Chrysostomus, aliique Sancti Patres & Ecclesiæ Doctores. Timent ergo sibi, ne confringantur, vasa auri solida ; & vasa lutea, vasa vitrea, vasa tam fragilia non timebunt :

*Affectus timoris.*

**Q**uis non timebit te, Rex Gentium ? Quis non pavebit ad occursum tuum : Quis ad vocem tonitrui tui non formidabit ? Qui gladium tuum ut fulgur acuis, & punis in æternum ? Pavent Ecclesiæ lumina, doctrinæ prodigia, sanctitas.

186 **D**omus aeternitatis. Consideratio  
Etatis exempla: & ego vanitatis sp<sup>a</sup> quan-  
lum, leve arboris folium, specimen effe-  
rantiæ, inconstantiæ & malitiæ et in C  
plum, non pavebo? Ego, qui millies p<sup>re</sup>  
pono meliora, millies deteriora seq<sup>utu</sup>  
millies mundor, millies maculor: mi-  
sum, cado, millies resurgo, mihi fidam, & p<sup>re</sup> Dei  
cula lapsūs, æternaque supplicia non lesti.  
formidabo? Sanè hæc qui non in p<sup>ra</sup>  
ecquid tandem timebit? Hæc deinceps  
anima mea, age: Si amor Dei teneat  
potest, saltem teneat & terreat timor  
cis, metus gehenna, laquei mortis,  
inferni, ignis urens, vermis corrodens,  
phur fætens, flamma tartarea &  
mala. Hugo. L. 3. de anima.

## CONSIDERATIO XVII S.CI

Medium IV. Æternæ Salutis.

Amor æternitatis.

Concupiscit & deficit anima mea in  
Domini. Psal. 83. 3.

18. Novembris.

I. S. Bonaventura in opusculo de  
tem itineribus æternitatis do-